

755

10634.
9083

XVeme s. Chr. n°. ~~233~~ 755.

Table des matieres contenues en ce volume.

1°. Joannis Diophilacis Christomachia page 1.
2°. Macarius Mutius de triumpho Christi.
Matthaei Bossi de passione Christi sermo. page 66.
3°. Triumphus Christi carmine descriptus per Macarium Mutium page 90.
4°. Passio Jesu Christi a Dominico Mancino carmine descripta page 98
5°. Baptista Marchio historia flendae Crucis Jesu Christi page 132.
6°. Jesuida Hieronymi Viduam ad Petrum Donatum page 149.
7°. Jarius Heinricus Scroterus de Gustrow, historia Passionis Jesu Christi page 164
8°. Petrus Gillerus de morte Jesu Christi ad vitam revocati &c carmen. page 168.
9°. Piae Musae per feriales Majoris Hebdomadae dies exercitatio page 172.
10°. Incomenza la passione di Christo historiata in rima vulgari page 182.

[library stamp]

11.º Joannis Ludovici Vivis opuscula duo
Jesu Christi Triumphus. et Mariæ
Parentis ejus ovatio page 196.
12.º Discorso del R. Gioseffo Zarlino da
Chioggia &c. page 210
13 Discorso fatto dal Alessio Porri sopra
i maravigliosi segni e miracolosi prodigii nella
morte di N. Signore page 246

# IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI OPVSCVLA DVO

Chriſti Ieſu Liberatoris noſtri Triumphus et Mariȩ parentis eius ouatio in quibus Ouandi et Triumphandi Romanũ ritũ aperit et Coronarũ ſignificatiões exponit.




Venalia ſunt in ȩdibus Ioannis Lãberti in clauſo Brunello iuxta collegium Coquereti ſub imagine beati Claudij.

MAZARINE · BIBLIOTHEQUE

**Ioannnes Lodouicus Viues S.D. Bernardo Menſæ antiſti Trinopolitano.**

SCio ego pleroſq; venerande preſul: qui ſi opus ali
quod tibi dicare conſtituerẽt: oppidoq̃ multũ vere
rent tam exigua mole id eſſe: vti meũ cõſpicis. nã
& ſi eorꝝ (vt illi ſimularent) ingeniolũ rem maiorẽ
neſcierit excogitare: non tñ eam fore operã tanto
viro dignam (q̃uis cedro digniorẽ crederent) adfirmarent. At
vbi materiã ingẽtẽ in gurguſtiũ qddã nugarũ cõieciſſent: vide
res eos etiamnũ ſeſe q̃plurimũ excuſare: ſi nõ eſt quale decẽs
te eſſet: nõ muneri reſpiciẽdũ ſed voluntati ſuadere: inducere
Plynius deniq; tritos apud Plynij prefationem locos. Nec vlli fuit vitio
quoquo modo poſſet deos colere mola ſalſa litare quibus thus
non eſſet quũ tamẽ opinent ipſi nuſq̃ nec maſculinius nec odo=
rantius thus q̃ in eis inueniri. Stomachi mei ratio eſt ꝙ vt ma
xime aliter atq; ſentio loqui abhorreo: ita id vellem ab alijs oĩ
bus imprimis vitaret. Eſt. n. hoc hoĩs plane liberi ac ingenui:
oppoſitum ſeruilis cuiuſdã ingenij fallacis & nebulonis. Ego
itaq; de noſtro dei opti. maxi. triũpho ſic ſentio. Principio ma=
teria ea eſt: in qua noctu & interdiu verſari Chriſtianus me⁹ q̃
in mendacijs pernoſcẽdis deberet. Grauis eſt & quolibet hoĩe
ſine diſcretione digna. Nam & ſi Titi Liuij: Lucani: Suetonij li
bri legenda relegendaq; volumina iudicant (trãſeo Q. Curtiũ
Cheronẽſem Plutarchũ & id genus alios) ꝙ bella/ꝙ triũphos
ꝙ geſta virorũ fortium narrẽt: quid de noſtri Chriſti/de noſtri
dei: de noſtri liberatoris: quid de parẽtis optime de nobis me
rite bellis ouationibus & triumphis cenſemus? num erũt reij
ciendi? num aures (quum legent) aut oculos (quũ ſeſe offerent)
quaſi venenum quodpiã vł mera deliramẽta obcludemus. At=
qui eorꝝ nugis & ſtultitijs ipſe iudico faciundum: verũ paruus
eſt liber inquis: & eũ vnica manus capiet fateor. quin quod in=
tus habet perſcrutare/ introeas: nam & ibi dij ſunt deæq; oẽs
Papyri certe copiã ſi deſideras apud bibliopolas tibi quanti=
libet comparato. Ceterum bona materia inuentu eſt perq̃ ra=
ra. Iactant ſe quidam verſu & proſa oratione plura q̃ explicari
poſſit ſcripſiſſe, Eſto, & tabellarij innumeras habent in ſinguli

cuiuſq; anni fine ſchedas a ſe ſcriptas quibus minime ( ac neq; debent) gloriant̄. Et grammatiſtę kalēdis Octobribus gymnaſiorum atria carminibus replent. Hoc igitur opus quādo tu vir ſine controuerſia chriſtianus apud chriſtianiſſimum regem legatus rem chriſtianā q̄ potes maxime curas:tibi dicam⁹:quod ſi a te adceperimus probari aliquid nos feciſſe(nouimus.n.ingenium tuum) intelligemus:tuas laudes ( quæ innumerę pene ſunt)tacere malui q̄ obtrectatoribus videri adſentator. Vale:ex Academia noſtra Parrhiſienſi.

### Ioannis Salmonij Materni Carmen.

Heus qui Romuleos geſtis ſpectare triumphos
  Et capitolino lata tropęa Ioui:
Victoremq; togæ clarum palmaris amictu
  Cinctum laurigeris vndiq; militibus
Sublimem ſcęptro populiq; per ora ſuperbum
  Dum trahitur niueis currus eburnus equis
Iſtęc quęſo pedem retrahens nugalia temne:
  Sunt etenim gerris vana magis ſiculis
Ante tuos ſit magni oculos victoria Chriſti
  Et partę domitis hoſtibus exuuiæ
Hos tibi romano cecinit modulamine nuper
  Hęſperię Viues gloria viua plagæ

# Chriſti Ieſu triũphus Ioãnis Lodouici Viuis Valẽtini.

FEſtus eſt reſurrectiõis dies chriſtianis vbiq; terrarũ celebretatꝰ. iſq; q̃ maxĩe ꝙ reſurgẽs a mortuis Ieſus eo die redemptorium opus exegerit. Et nos omnes fecerit immortalis vitę participes. Poſtq̃ igituret mane vidiſſemus: Audiuiſſemuſq; ſacrificium Ioannes Fortis cõtubernalis: ac Petrus Iuorra philoſophi nõ ignobiles eſſemq; tertius illis: conuenimus vti in eodẽ templo quod pomeridiano tempore ſupererat diuinarum lectionum & legeremus & audiremus: quibꝰ peractis q̃ optime tunc a nobis potuit vt opinor: ciuitatem obambulantes Gaſparem laxem Sarignenęũ in gymnaſij veſtibulo obfendimꝰ: virum plane bonũ atq; prudẽtẽ: ingenio q̃ acerrimo & memoria tenaciſſima. Magnum eius optimaꝝ artiũ ſtudium: tum oĩs liberalis & digna homine nobili (vt de. L. Lucullo ſcribit Cice.) ab eo ꝑcepta do-

Cicero

ctrina efferenda mihi ſũmis laudibus in oĩm ſermone: qui agit̃ de illo videt̃ ſine cõtrouerſia. quã hic conſtitui ſubticere. primũ ꝙ res nota in opere pręſertim ab eo propoſito extraneo nõ indiget me expoſitore. Prouincia certe fęcundioris cuiuſdam ingenij. Deinde ne vbi oẽs volo ad triumphũ hunc audiendum ſedatos maleuolos: forte crabrões irritarẽ. Deniq; ꝙ a laudibꝰ hoĩm non eſt exordiũ auſpicandũ: vbi de immortali deo ſcribimus. Laxem igit̃ noſtrũ quũ (vti decens erat) ſalutaſſemus: iſq; contra nos ſalutaſſet: adieciſſetq; vt eſt in oĩ re: cum liberalis tum magnificus: cęnã ne ſecum celebrare nobis liberet. quã abnuentes primũ: deinde identidẽ illo ſuadente admiſimꝰ

in eiꝰ vero cubiculū quū nos recipiſſemꝰ: Michael ſc̄tūs angelꝰ
Fragēſis: & Frāciſcus Chriſtophorꝰ Valētinꝰ horariū quoddā
Laxi oſtēſuri defferentes aduenere: p̄cati vero vt cęnarēt & an
nuētes diſcubuimus. Inter cœnādū aūt quū eū librū ſæpiꝰ ego
contēplarer. Hic inq̄ Cęſaris dictatoris triūphus eſt depictꝰ.
Pręſtātiꝰ multo (Lax ait) fuiſſet ſi Chriſti noſtri opti. max. ꝓ C.
Cęſaris viri haut quaq̄ boni foret: mirātibꝰ alijs ꝙ Chriſti tri
umphū dixiſſet mihiq; quis ille fuiſſet rogāti: parcite paulū in
quit cibis: aīoſq; mihi attentiores exhibete: Cœpitq; diſſerere
ad hunc modum.

BEllum inter Chriſtum & Hoſtes eiꝰ arbitror audiſtis
plęrunq;: q̄ fuerit oībus copijs oĩbus viribus: terra
mariq; ac aere ab hoſtibꝰ geſtū: quantūq; tēpꝰ durarit
vtpote annos treis & triginta quę fuit noſtri imperatoris ętas:
& conſtitutus viuēdi terminus: militia proculdubio. Militia eſt Iobus
vita hois ſup terrā. Bello itaq; confecto ꝙ iure triūphoꝝ meri-
to debeat triumphari ſic habeo. Lex.n. triumphandi: hęc eſt a
ſenatu populoq; Romano data: Si imperator exercitū integrū
reportarit: hoſtiūq; quinq; milia fuderit acie vna triumphato: Suetoniꝰ.
Perhibet a Sueto. Trāquillo: itidē & a Plutarcho Iuliū Cæſarē Plutarchꝰ
dictatorē bella quinq; geſſiſſe: ob q̄ fœliciter exacta clariſſime
triumphaſſe. Bellū inqt illi fuit Gallicum vnū: Alexandrinū al-
terū contra puerum Ptolomeum: ponticū cōtra Pharnacem re-
gem tertiū. Quartū Africum. Poſtremū Hiſpanienſe. Fuit &
Chriſto noſtro eximio imperatori bellū in Dęmonas primum
Alterum contra mundū. Tertiū contra carnem. In Iudęos quar
tum. In mortem poſtremum. Dęmon vbi primum forte quem-

dam imperatorē noſtrū videlicet armari videt: an is cum quo apertum bellum gerebat eſſet neſci⁹ optimū factu ratus ſi dolis inſidijſq; illius ingeniū pernoſceret: ac animū totum intus (vt aiunt) & in cute exploraret. At qđ nihilū illa via profeciſſet rem fruſtra tentatā reliquit. Ipſius vero animus nihilo ſecius inquies & callidus quęq; credebat. propoſito ſatiſfacere excogitabat: inſtituens extrema oīa finaliter experiri: quare quos ſibi antiqua familiaritate coniunctos nouit: ſollicitat vti oībus modis breui quis ſit tantus impator intelligāt: ſi is cū quo ſit illi publicū ac perfecialem & patrempatratū indictū bellum foret: oībus detrectandū cōflictū omnino cenſet: nec conferendū vnq̄ cum eo manū: de ſumma.n.tunc rerū dimicatū iri victoſq; abſq; ſpe aliqua ſe & ſocios omnes futuros: ſin alius quiſpiam (ſtrenuū certe fatebat̄ qualē nullum inueniſſet inter Barbaros imperatorē: nullum apud gręcos: nullum (quod fortiſſimum eſt) apud Romanos optimos & probatos viros) caduceatorē ad eū mittendū q ad ineundā cū tantis principib⁹ amicitiā adliceret aut collatis vtrinq; ſignis dimicandū. Hoc cum in manib⁹ eſſet negotiū ſæpius multū varieq; tractatum nunq̄ optatū finem obtinuit: nunq̄ quis eſſet dęmonici ſocij ne ipſe dęmon quidē ſagaciſſimus tuncq; diligentiſſimus dignoſcere potuerunt: nec mirum. Quis.n.eum inuitū cognoſcet: quo nolente ſe ipſum nemo vnq̄ quid ſit dijudicabit. O immenſam tuā Chriſte Ieſu poteſtatem quę omnes alias & eā nullæ deijcere poſſunt. Hæc cū per ſeipſum & a ſocijs dęmon adcepiſſet nihil cunctat⁹ illos ad pugnandū propediem expediri hortatur nunciaturq; a ſancto ſacro illo ſpiritu noſtro imperatori pręlij deſtinatus dies, mo

net tunc ipſe primum ſuam voluntatem vt in tantum patiatur ſe conflictum deſcenſuram: reluctantem puriſſimam voluntatē propter certaminis acerbitatem & dulciſſimo ſermone conſo= labatur:& refocillabat triſtem miniſter. Ipſe patrem identidē deprecatur ingenti timore:ne tam atrocem ſinat ſe pugnā ſub ire.ꝙ ſi minus id fieri poſſit quæ patris voluntas eſſet nō quæ ſua euenire omnia erat contentus. At ne parum multa prauis mortalib⁹ ineffabilis maieſtatis pr̄i charitas in nobis fuiſſe vi deretur quam eſſe ſummā certiſſimū.eſt neue cauſandi cuiq̄ eſ ſet oblata occaſio: filio ſuo minime pepercit Sed eum pro no= bis omnibus tradidit. Delectus itaq; & armorum & loci exte= ro cuidam viro cōmiſſus eſſe videbat̄. Pylato q etſi Iudæus ne quaq̄ erat partibus tamen & dęmonis & mundi & carnis faue bat:vbi vero apud Caluarium montem omnes conſtitiſſent. Iu dicium tunc erat mundi :mox princeps mundi huius erat fo= ras eijciendus. Ecce conſeritur vtrinq; manus acrem caro re= fert dolorē ſpiritui. Mudus nuditatis ac indigniſſimi ſupplicij verecundiā obijcit:percutit graui telo quam diligebat ita mul tum Iudæa. Si filius dei eſt (inquit) deſcendat de cruce:& cre= dimus ei. A diabolica itidem fraude & aſtutiſſima pharetra ia culum hoc eſt emiſſum:nil aliud iure poſcis imperator niſi ve ram gentis Hebręę fidē quam tibi pollicemúr habiturā: ſi ab hoc certamīe deſiſtis. Inſtat terribiliſſimū oīm mors:quæ vinci vere neqbat ni pri⁹ victrix diſcedere videret̄.q̄ oia vbi nequaq̄ dęmon adſpicit proficere hilū. adſequiturq; cōiectura aliquan tulum imꝑatorē illū eſſe: cuius mors eſſet victoria eius: ad eā

quę cauſa belli extiterat cōfugit: qui etiā labor quū incaſſus eſſet exitū belli decreuit expectare: in quo mūdꝰ/caro/atq; Iudęi iam deciderant. Mors luctabatᷣ: inter luctandū vero quū certiſſimam cognoſcit ducis quē fore ſuſpicabatᷣ ſagiptā charitatis: cuius ardebat igne plenā. Sitio. intra ſuę Vrbis mœnia furēs ac rabidus ſeſe recępit miſerum militibns ſuis caſum exponit: q̄ oēs dentibus ſtridentes adſeuerabāt ſi a principio cognouiſſent fore vti nunq̄ Chriſtus crucifixus fuiſſet verū pręteritis remedium eſſe nullū: proſpiciendū ne quid detrimenti ditis regna adceperint: hinc adponendis muris machinas iubet. obſerari fores: & Aeneas cataractas demitti. Ad hęc pręſidia pro ſingulis arcibus locari. Timebatᷣ. n. victor venturꝰ in eorum exidium breui. At Chriſtus dux noſter opti. maxi. quum plane hoſtes omnes victos ſuperatoſq; eſſe videt ſignum receptui dedit conſumata omnia dicens: poſt quę etiā in tētorium ſeſe cōtulit: vt veſtes quas non nihil & laceras & perfuſas cruore ictibuſq; habebat reficeret: multo itidem triūpho pararet inſigniores. Interim muſſitantes adhuc Iudęi eorum labijs ſpiritus hęrens Chriſtum mortuum quoq; arbitrantes (omnes. n. mortuis mori untᷣ) iubeat obſignari locum caſtrorū obſecrāt Pylatū ne illius futuri milites cadauer inde furentᷣ: adſerantq; etiā dum auras veſci. Stulta ſane petitio mea ſententia. Si eñ ſolū extaret cadauer: quo argumento quo teſtimonio futuri milites imperatorem viuere poſſent probare. Dimiſſis vero in caſtris veſtibus Plutonis confeſtim adijt regna: diſturbat præſidia: effringit & machinas & portas & cataractas. expugnat vrbem. cępit quos iuſto prælio adquiſiuit. Triduū vero anteq̄ triumpharet more

# Chriſti Ieſu Triumphus

triumphantium in vrbem ſuam nõ introiuit. Tertio tamen die immortalis ipſe veſtem indutus & arma cuiuſcunqꝫ mortis ex pertia triumphãs ingreſſus eſt in ciuitatem. Ea ſane ciuiuꝫ eſt (vt noſtis) vnitas: q̄ diui tyrones cum ſanctiſſima virgine cõpo nebant. Atqui mors quę ſola victrix ex toto prelio perſiſtere ſe putabat victam plus cęteris ſe agnouit. Mortis vere mors fuit & morſus. Reſurgens nanqꝫ Chriſtus a mortuis iam non morit᷑ Mors illi vltra non dominabit᷑. Milites igitur tantus impera= tor in oim genere belli domũ ſaluos reduxit: qñ neminẽ ex his qui dati fuerant illi perdidit quin longe q̄ diſceſſerãt domo p̄= ſtantiores: hoſtium quoqꝫ quinqꝫ milia vna acie interemit: vtpo te illos quinqꝫ quorũ vnuſquiſqꝫ mille valet. At hoſtes quippe q̄ mille occidere põt. Saul eñ (qui eſt abutẽs) occidit mille. quinqꝫ illi plane oĩbus abutentes: nec hic de quo diſſerimus trium= phus differri aut turbari calumnia potuit: quippe quum in chri ſti regno omnia & trãquilla ſint & quieta iuſticia certaqꝫ vbiqꝫ fruitur pace. Quamobrẽ quũ & omnia triumpho neceſſaria ex titterint & nulla res quominus triumphaſſet obſiſtebat. Leo i le de tribu Iuda qui vicit & Cęſare quidem iuſtius triũphauit.

¶ Hęc vbi Gaſpar Lax diſſeruiſſet: rurſus ad epulas conuerſũ eſt. Ipſe tñ plurimum Michaelem ſanctũ angelũ obteſtabat᷑: vt eam materiã proſequeretur: ꝙ vir eſſet in ſacris literis nõ pa= rum eruditus. Verum Michael (vt eſt in huiuſmodi rebus impi ger) nihil cunctatus ſic exorſus eſt.

Vellem mihi nunc quantũ eligerẽ oratio in tanta re enarrãda ſubpeteret. dareturqꝫ mihi quicq̄ oratorij liquoris: quo mellita eſſent aliquantũ quæ de re tã

dulci ſum prolaturus. Nec nũc laconica gauderem breuitate: & Menelai pauciloq̃ntia: licet alibi ſim ea plurimũ delectat⁹. Sed Ciceronis oratio ſeu Vliſſis & id aſiaticum dicendi genus luxurians quodãmodo cõmodaret̃ optarem. Chriſtus reſurgens a mortuis vita nr̃a penetrãti agili ac immortali corpore ſenſuali portione ab adfectibus oĩbus & cõcitationibus libera famis ſitis/ęſtus/algoris/doloris/fatigationis expers adſcenſur⁹ tẽplum illud supernũ quaſi cliuum viam quæ ad capitoliũ rupẽq̧ tarpeiã ducit. Templũ profecto quã recte noſtri maiores triũphantem eccleſiam appellarũt Hanc militantem ꝙ quiſq̧ noſtrum & primus Chriſtus in hac militarit triũpharit in illa. curru quadriiugo vehebat̃ vt mos fuit imperatorũ: indutus purpura multo tñ viuacioris cuiuſdã coloris q̃ alioꝝ vnde obcurrẽtiũ cõplures mirati quis (dicebãt) eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra: Quatuor candidiſſimi equi currum triũphãtis trahebant: ſuper quos filij quattuor ſedebãt. Sup prudentiã n. militantis eccleſiæ regimẽ & ſtatus. Super iuſtitiã pax & trãquillitas. Super fortitudinẽ martyriũ & conſtantia in tentationibus. Supet tempantiã diuinę legis obſeruatio: virgines aliæ pcędebant: alię ſequebant oẽs triumphalẽ vocẽ Sanctus Sctũs Sanctus perſonãtes: milites & priores & poſteriores quoniã vtriq̧ man⁹ hoſtiũ p illũ euaſere. Benedict⁹ q venit in noĩe dñi clamabat. Cũctis vero crucifer p̃ibat q ſignifer dicebat̃ eum q minora portabãt ſigilla ſequebant̃: veluti claues columnã & id genus cętera. Argentũ aurũq̧ ſignatũ tm̃ in ęrariũ inuexit vt inde noſtra reſpu. aliena pecunia nunq̃ʒ tẽpore belli indiguerit (nec ſi eſſet ineternum duratura) egeret. Ciuitatum quas vicit ſimulachra itidem pręcedebant. Ea erant haud dubiæ & cęlorum & terrę effigies quoꝝ (quippe deuixit) data eſt illi oĩs

poteſtas qui ab eo ſaluati fuerãt currũ clariſſimi viri ſequeban
tur qui mos etiã in minorib⁹ triumphis Romę eſt obſeruatus.
Egreſſi ſunt illi obuiã grauiſſimi cõſules duo Pater & ſanctus
Paraclet⁹ Senatores deinde Seraphini Cherubini atq; Throni
Hinc populus ꝑ arua diffuſus Dominatiões Virtutes Poteſta-
tes. Plębs deniq; quę maxima turba eſt Principat⁹ Archangeli
Angeli om̃es faciẽ optimi cõſeruatoris intueri deſiderantes a
conſulibus vbi eſt recept⁹ & ſalutatus a patrib⁹ conſcriptis &
plębe parens patrię appellatus Spolia ꝙ eſſent opima vtpote
apud inferos detenti maiores deo opti. max. dicauit vt Ioui Fe
retrio Romul⁹ & Aureli⁹ Coſſus: poſtridie epulũ ſenatoribus
& plębi dedit ſanctũ & imolatũ corpus ſuũ: panẽ angelorũ quẽ
manducauit homo: vino plenos calices adpoſuit. Impatoris ca
licẽ terrę ſenatores biberunt. ij quidẽ pij diſcipuli quorũ ſucceſ
ſores pro ſenatoribus illis Romanis exiſtũt: & ſucceſſor impe
ratoris ꝓ Romano dictatore. ad hęc vt ob honorẽ camilli capta
Roma plurimi & arcus & obeliſci hoim memoriã in tãtũ bellũ
inducẽtes ſunt extructi inciſumq; in illis oibus pr̃ię adſertori
ſic ob tante rei memoriã indelebilẽ ne bellũ tã ſtrenue geſtum
vnq̃ iniuria ęui obrueret obliuio & tẽpla & arc⁹ & ſtatuę & obe
liſci plurimi ſũt ędificati: inciſę literę diuinæ virtutis teſtes ſẽ-
piternę. in his patrię cõſeruatori: in illis parẽti pr̃iæ: in alijs ve
ro (qđ malo) pr̃ię ſaluatori ac liberatori nũq̃ de tãto bñficio gra
uiſſim⁹ ſermo cõticeſſet. O fęlix mors quã talis vita & tã imar-
ceſſibilis gloria eſt ſequuta. Excreſcit mihi plurimũ ſaliua cõ-
ſumeremq; in hoc ſermone diem hunc totum: & tempus me de
ficeret: quare ſi quis veſtrum aliquid (quod dicat habet) profe-
tat. Nam & ego poſt modũ (ſi tẽpus ſubpetet) de hac ip̃a re agã

EGo ſane inquit Ioannes Fortis: vir quem noſtis inge
nio probo ac vere philoſophum: id eſt ſapientiæ
amatorem. Difficile enim explicatu eſt quam do=
ctiſſimos quoſq; admiretur. mallē tuam orationem mi Angele
non tenebrarum quidem: ſed ſanctæ audire q̄ meas forſitan in
eptias audiri. Nā & tu aliqd putas eſſe nugas meas hoc tñ vnū
me reficit & recreat quod de re tam pia loquutur⁹: non vereor
(etſi nutem) decidere quippe qui videre mihi videor deū opti.
maxi. de quo loquimur porrectū manū vnicuiq; religioſa mē=
te huiuſcemodi tractanti materiā. At vbi Chriſti triumphū ex
poſuiſti: ne quid vero militi ac imperatori illi defuiſſe decorū
oſtēdam⁹. Narrabo vobis quę ego ipſe mecū ſępius reputaui
Au. gelli⁹ quū Auli gellij noctiū atticaꝝ cōmentaria legerem author eſt
vobis notus & probatus oīibus. Is (vt plęraq; alia opidoq̄ bel
le) de militaribus coronis (quę in honore apud Romanos gen=
tium victores fuere) diſſerit: Eas ego longe verius longe præ=
ſtantius Chriſto Ieſu ſentio cōuenire. Triumphalis (inquit) co
rona eſt quę imperatoribus ob honorē triumphi mittit quæ fie
ri ex lauro antiquitus ſoleb at: poſt vero ex auro cępta triūpha
uit. Certe dux noſter vt narraſti: miſſaq; eſt illi & aurea & lau=
rea corona. Laurea profecto. Nam & ea animaꝝ & corpoꝝ oīm
peſti exhibet ſaluberrimū remediū & contra dęmonū tempe=
ſtates ac fulgura immēſam vim habet cui⁹ eſt oleū incredibili
illa charitate calidiſſimū. Maiorē nullus nimirum habet chari
tatē q̄ qui aīam ſuam pro amicis ponit. Aurea itidem non min⁹
donari debuit corona q̄ is q primus tali eſt inſignit⁹ p̄mio. Ab
Au. poſthumio latinoꝝ caſtris apud lacū regillū deuictis autho

re Plynio. Illa corona eſt quę ſola tartareo igni quę ſola mūda= Plynius.
no ſali & aceto mortis acori domitoribus oīm reſiſtit. q̄ quum
ſit cunctorum fortiſſima metallorū inuicti inſupabiliſq; Regis ſę
culorum inuiſibilis immortalis ( vti ſcitis ). Nulla in humauos
vſus laxior benigniorq; deſcendit in bactreas ſtrigileſq; ad or
natum & numorū vſū diſcinditur: minutim ſciſa a paruulis ſeſe
ſinit adtrectar e. Permittatis (inquit) pueros ad me venire. pur⁹
deinde ac immixt⁹ velut lana netur & texitur quaſi idem ſemp ac
inmutatus oipotens cōponi vt libet amicis ſuis minime refra
getur. Altera militaris corona obſidiōalis (dicta ab his qui ob
ſidione premebātur ) datur liberatori ſolitumq; obſeruari vt e
gramine fieret quod eo loco pductū eſſet intra quē (qui obſide
bantur ) clauſi erant. Eam imperatorem noſtrū mereri hoc eſt in=
ditio: q; cuiuſq; aiam a dęmone / a mundo / a carne / a morte ob=
ſeſſam intra corpus liberauit. Non agebatur de imperio vti quū
a Romanis Annibalis oppreſſiōe ſolutis graminęa corona Q.
Fabij maximi capiti eſt impoſita de patria plane de oim for=
tunis de monumentis maiorū de vita deniq; tunc agebat. Ipſā
coronā aia Chriſto pręſentat oīm adfectuum pace ac tranquilli
tate; quę in corpore vbi obſidebatur naſciturque effectā. Verū gramē
in quē locū human⁹ ſāguis cæciderit creſcere. C. Plyni⁹ refert Plynius
Eam excreſcere plurimū quis non videt: ſi vel ſtilla Chriſti ſan
guinis corporis cutē penetrarit. Tertiam coronā ciuicā vocant
quā ciuis ciui a quo ſeruatus eſt in pręlio teſtē vitæ ſalutiſq; per
cęptę dat. Ea fit e querna fronde. Hanc primus liberat⁹ in cru
ce latro / patres denideapud iuferos mœſti ſperantes exhibu
ere: quā ſine controuerſia dign⁹ recepit Siquidē & duos hoſ=

tes in ea pugna interfecit:& quē ſemel obcupauerat locū nunq̄ amiſit. Nō.n. eſt deus (vt hoīes) mutabilis Conſtans eſt:ſemp et in ꝓpoſito firmus:quo eodē manente cœlū & elementa mūdi mutanť. Adcedit ꝙ a natiuitate adcipiēs crucē in cruce ſemp verſatus in cruce pręliū confecit. Erat opti.maxi. Ioui quercus ab antiquis dicata. Nnnc Chriſto noſtro illo meliori/ illo maiori (modo bonus ſit ille ac magnus) vict⁹ diu fuit veterib⁹ glās fructus:iuſti quaſi tunc fide & ſpe vēturi victoris viuerēt. Nunc vero pane illius ſeu illo potius quē qui ſano ſtomacho manducat nō moriť. Huius noſtrę quercus folia & baccæ vtpote fides & ſpes bona per quā fructus expectať. Cortex itē q̄ operit multitudinē peccatoꝝ charitas:ſuccus quoqꝫ mēs ſibi conſcia recti: q̄ dulcoris ſempiterni premij, liquorē guſtat (ſicut ſcribit Aug.) cōtra toxica ꝓdeſt. At muralia caſtrēſiaqꝫ ſerta ei danť q vľ primus hoſtiū muꝝ cōſcēdit vľ hoſtiū caſtra pugnās introiuit:null⁹ antea morrē aut dęmōē ex equo iaculis mľtis ac magnis deijcere:ne vt referret quidē pedē valuit:null⁹ eoꝝ caſtra potuit ingredi pugnans ſed victus. Hic vero liberator primus muros hoſtiū aſcendit oppidū populat⁹:caſtra (vt opinabanť) munitiſſima fundit⁹ deleuit Nō eſt hęc peſſimi ſpūs terreſtris ptās:nō eſt aquaꝝ:nō aeris:nō ignis:nō cęli q̄ oēs vrę (vt dixit Iob⁹) vix ſunt cōparandę: ſupcęleſtis eſt & diuina:quā tanto veſtro malo in vobis ſentitis:& cōtremiſcitis grauius validiuſqꝫ (vt ſpero) etiānū ſenſuri.ni ab iſto veſtro ptinaci atqꝫ ꝓteruo i nos liuore deſiſtitis. Auro ea fieri cōſueuerť vtpote humano cordi lęticię inductiuo. Quanta.n. iſtiūs inuiſi opidi expugnatiōe quāta moleſtoꝝ caſtrorum exciſione lęticia:captiuis opidū habitātibus

Auguſti. [margin, beside "titudinē peccatoꝝ"]

Iobus. [margin, beside "ma fundit⁹ deleuit"]

adflictis ſępius a caſtris vicinis.venturis itidem:qui ſine metu ſecuri poterunt terrę labori quantumlibet inſiſtere. Locus eſt in viſionibus:Ioannis apoſtoli q hęc teſtat.quē(q̄a ſoleo ſępius illo delectari)recitabo.Et abſterget(inquit)deus omnē lachrymam ab oculis eorū:& mors non erit vltra/neq; luct⁹/neq; clamor/neq; dolor erit vltra q̄ prima abierunt.Et dixit qui ſedebat in throno.Ecce noua facio oīa.O nos mortales iā nunc fœlices quos antiquiſſimi ac per q̄ feſſi mūdi nouatorē:quos mōſtrorum & peſtis humani generis extirpatorem quos poſt immortalis animę gloriā corpoꝝ etiam noſtroꝝ q̄ corpori claritatis dei cōfigurabunť reformatorem p̄cędere contigit:hūc veꝝ Herculē ſolitus ſum ego appellare:non illū quē in cęlū Iouis filium collocarūt vti defecato mūdo eſſet de humano genere bene merit⁹ adſerentes.Deus eſt(inquit Plynius)mortali mortalem iuuare.Poſtremo nauali corona donabať: q primus in hoſtium nauem vi armatus tranſilibat.Nauis & chriſtianoꝝ & iudeorum & gentilium eccleſiā repręſentat.Vnde Petri nauicula ſcribiť periclitaſſe.i.Chriſti eccleſia:Idoloꝝ itaq; pyratica quædam nauis in viliſſimā ſeruitutē quoſcūq; ex alienis ratib⁹ prędari poterat redigebat. Alios aūt tū adliciebat: tum recęptos præſtigijs quibuſdā & hallucinationibus oraculoꝝ(q̄ ſub veri pretextu qui fucus eſt mēdacijs aptiſſimus reddebanť)detinebat: mitto ſi qua forte dei præcepto(quo Chriſti teſtimonū perhiberent)dabanť: aut veritatis virtute coacti: ipſam vel inuiti ſunt confeſſi.Nam quicquid agant quicquidue dicant dęmonia decipulas hominum fore exiſtimant nullus opes has maritimas confregit:nullus pręlio nauem illā armat⁹ ingreſſus eſt,

Ioannes apoſtolus

Plynius

Hanc vero cui dęmon pręſidebat Chriſtus ad certamen prouo
cauit a qua primū prętoris conſilia ac ſtratagēmata expuliret
ei p erpetuo ſilentio indicto: Deinde quū ſingulū quenqꝫ de na
uis robore ac firmitate ſuū traheret iudicium. nec oīm ne duo
rum quidā eadē ſententia vel volūtas diſcordia inter ciues or
ta qñ & erat nauis tota obfricta clauus carie cōſumptus/funes
coroſi. tota ſuppellex quaſſata & rubiginoſa. pupis in ditionem
noſtrā venit. Quamobrē primus q eam armatus intrauit Chri
ſtus Ieſus naualia ſerta demeritus reportauit.

Chriſti Ieſu triumphi finis.

## ¶ VIRGINIS DEI PARENTIS OVATIO.

CVm Franciſcus Chriſtophorus eo quo ſequebat̃
ordine ad hunc modū eſt locutus. Video vos expe
ctare optimi viri: vt & ego de ipſa materia qd ſen
tio exponā. Atqui de ſacroſancta illa dei parentē
(qñ de Chriſto diſputatū eſt ab ipſis) videor mihi aliquātulum
eſſe dicendū non ea cuncta quę de illa poſſem prędicare. Sed q̄
temporis anguſtia patietur ſolum. Nam etſi vos oīes ad audi
endū promptos conſpiciam ac animatos: noui ſatis ſuperqꝫ fe
ciſſe ſi pauca dixero: ſi mediocria perq̄ parum quippe ſuperfi-
cie tenus rem tractans interiora aggredi noluiſſe videbor. Se-
cretiora tn̄ adtingens & referens pedē imenſo territus pelago
dicar reuertiſſe ignoraſſeqꝫ quanta eſſet quam ſuſciperem pro
Liuius uicia. Primū itaqꝫ ſcitis ſcripſiſſe Liuium patauinū ſecundi pu
nici belli hiſtoriam. in qua. M. Liuiū ſalinatorem de Aſdrubale
Annibalis fratre narrat triumphaſſe. At Claudiū Neronē con
ſulem Salinatoris collegam de eodē aſdrubale ouātem vrbem

vrbem introiſſe. Strennue certe vterq; & vtriuſq; miles ſeſe in eo conflictu geſſerat vterq; eodem fungebatur magiſtratu. Cęterum q fuerit in prouincia Liuij certamen commiſſum: q detulerit ſuos ſecũ milites Liuius nõ Claudius Nero triũphus a ſenatu (illi decretus) eſt huic Ouatio. Sanctiſſimi filius atque mater multis laboribus: multis pœnis: in cõmunẽ omniũ hoſtẽ fęliciſſime tam diuturnũ bellum geſſere. non pro ſe pugnabãt: quib' licebat nec laceſſito a ſe hoſte nec laceſſiti ipſi ab eo libere agere. pro obſceſſis pro adflictis pugnabatur nullus excogitari poterat ad ſalutẽ aditus: nnullũ i militia ſtratagema quod pro ciuium liberatiõe non exequerentur. Deſinant gręci ſua mendacia paſſim obiectare a quibus & latini poetę mentiri didicerũt Pantheſileã Martis & Eutroię filiã qſi oĩa ſubeuntẽ appellantes ducit Amazonidũ (ait Vergilius) lunatis agmia peltis Pãtheſilea furens mediiſq; in milibus ardet. Aurea ſubnectẽs exerte cingula mammę Bellatrix audetq; viris concurrere virgo. Atqui noſtra hęc virgo verius Pantheſilea. quę Amazonũ . id eſt ſine mãmis mulierũ eſt ductatrix. Ea ſi quidẽ prima hauc virginitatis viam eſt adgreſſa. quam ingentes puellarum copię ſine mãmillis ſunt ſequute. ſorores omnes angelorũ de quibus ipi cantãt apud Salomonem ſoror noſtra paruula eſt & vbera non habet. Hæ oẽs ductatricẽ illã dei parã virginem quocunq; ierit comitantur: vt in Apocalipſi Ioãnis centena illa: & quater vndena milia Chriſtum agnum in monte ſyon. At hæ caſtiſſimæ peltas geſtant lunatas. quaſi pudicitia & carnis integritate quibus lunam perhibent maxime delectatam) Tueantur. Princeps candidiſſima quędã arma i qbus ne maculę qdẽ vllũ veſti

Vergili' · Salonou · Ioãnes apl's

giũ extabat ĩduta charitate ĩcredibili erga nos ardẽs inẗ cõfer
tiſſimos hoſtes ſe imiſcet, mirãdã eorũ efficit ſtragẽ· ſerpẽtẽ il=
ũ humani generis antiquũ deſtructorẽ q̃ virginis calcaneo aſſi
duus erat inſcidiator qui mulierem quę maſculum peperit inſe
ctabatur acris vulneribus cęſſum agentem penæ animã reliq̃t.
Ovates deus optime maxięꝫ q̃ verax q̃ atrociſſimo neq̃ſſimoq;
Geneſis. ſerpenti contriturã illius caput mulierem prædixiſti. O puellã/
o nuptam/o viduam/o parentem peſti noſtræ multum inuiſam·
dulcẽ nobis & perſuauem: q̃ delectabilis tua memoria: q̃ fortis
nobis clypeus tuus: q̃ tutũ in te refugium nr̃m. inter pugnandũ
vero eum ſolum virgo dolorem adcepit: qui ex acri filij cõflictu
Lucas oriebatur. tuam (pręuidit matrem iuſtus Symeon) animam do
loris gladium pertranſiturũ. His tantis bellis confectis vbi a
conſulibus & patribꝰ conſcriptis in vrbem ſacra parens aduo
catur. Primum ꝙ in prouincia chriſto liberanda decreta eſſet
dimicatum: Deinde ꝙ nullum ſecum militem duceret: vt ouãdi
ius haberet ſtatutum eſt.

AT quoniam Iuorram noſtrum ſemel dę hac ipſa re
plurima diſputantem audiui. Velim quid de illa ha
beat explicet nobis ſi vacat Nõ ſum (inquit) Iuorra
nec haberi volo vir quem omniũ horarum (ij qui
exoptãt paulo elegantiores videri) appellãt: nihilo
ſecius tamen rẽ quam aliquantulum tractauerim videor mihi
poſſe alijs (abſit verbo inuidia) in centeſimum annum recitare
quare ſi nihil aliud Vos nunc negocij habetis: mihi certe vacat·
De te quidem (inquit Franciſcus) mi Petre non modo id com=
pertũ habemus: ſed & diuino quodam pollere ingenio: & eſſe

moribꝰ probatiſſimum: ſtudio valde intentū: atq; frugalē verū Gaſparis præceptoris nr̄i memoriā ſoleo ſæpius cū hoc Viue admirari. Sum enim plęrumq; expertꝰ vetuſtiſſimas quaſdam res ab hominū memoria obliteratas illū ea ſerie eo quo actæ fuerunt ordine recitaſſe. Vnde nec ſatis quanta verborū in Hortenſio: rerū in Themiſtacle. vtrorūq; in Lucullo: omniū Symonide poeta memoria fuerit adprehendere queo Set tu interim Iuorra perge nam de hoc alias ¶ Sabinꝰ Maſſurius apud Aulū gellium pedibꝰ ingredi ouanteis in vrbem ſcribit ſequentibus eos non militibꝰ ſed vniuerſo ſenatu ego vero noſtram ouantē nō pedibꝰ ſed equo pulcherrimo atq; fortiſſimo iuectā adfirmo nec proinde ouandi leges quoq̄ modo violaſſe. preſertim quum plęriq; id adſerant in Ouationibꝰ fieri licere & Clau. Nero. de quo paulo an̄a ſermo erat vrbem romam ſedens in equo legat introiſſe. Hic ꝑfecto virginis alatꝰ equs vt Pegaſus ille apud Iulium Hyginū & Aratu3. Neptuni & Meduſę filiꝰ rerū omniū humanarum & ſuipſius eſt contemptus. per quem duas alas adſequuti frequentem diuinorum meditationem: perpetuumq; eorum ardorem terreſtria ꝑteruolamꝰ idem fere cum deo facti in luce illa iadceſſibili cū eo q̄eſcētes. Qui manet (inquit Ioannes) in charitate in deo manet: & deus in eo. hoc ſolū erat illud ꝑnicibus alis aial: qd̄ mūdi laqueos ſuperare poſſe Anthonio heremitę in ſollitudine mōſtratū eſt. huic ſonipedi imperatrix puella inſidēs: Myrteā de triūphātiū more coronā geſtabat. Scitis enī de ſabinis Poſthumiū Lubertū ouātē ea corona (primus enī fuit) donatū eſſe: quaſi Ramo veneris Victricis coronaretur

Sabinus. A. Gelliꝰ

Hyginus Aratus.

Militares prçclari complures ab hoſtibus: adceptam prædam ob rem: fœliciter fauſteq; geſtam ſolent eo loco inſculptam ſecum deferre: qui omnibus obcurentibus pateat: quo notior eorum induſtria fiat inde & tropæa viris fortibus data: & vinctũ Iugurtham Lucius Scylla in anulo deferebat. Dei para noſtra caſtiſſima quũ prima de venere eſſet triũphatura quo celebrior inauditi ac pluſq̃ Heroici belli ad poſteros fama dimanaret: venerea inſignia capiti ſuperpoſuit: vt intuentes cęſam Cytheream & ſignis noſcerent ſpoliatam. Hic eſt ramus ille qui nullo anni tempore flacceſcit. Virorẽ illũ ſpei fideiq; vel in maximis algorib⁹ nõ amittit. quum in diſcipulis omnibus ſicca frigeret fides: in virgine nullam effecit variationem. Nõ eras in eo albo imperatrix in quo diſcipulos omneis filius tuus Ieſus ſe negaturos ſcribebat In huiuſce myrti oleo ineſſe quiddam vini ſaporis teſtatur Plynius. Dulciſſimę virginis contemplationes atq; refectiones quarũ virtus eſt nõ ſecus q̃ olei cõtra frigus extinctarũ virtutum munire ſanguinem Chriſti non nihil ſapiunt ſimilima nãq; ſunt omnino. adde q; virgæ Myrtorum guſtatæ viatori proſunt (apud eundem Plynium) longo itinere peditĭ. Quis nobis verior viator? qui extra patriam omnẽ poſiti irrequieto Patriã petimus motu Quis itidem nobis verior pedes quibus omnia ſuper nos ipſos portanda ſunt? quibus pedibus id eſt bonis opibus & imaculata cõſciẽtia rectum iter agendum eſt. Nobis igĭt vere guſtatata virga hoc eſt amarore primo virtutis & venereæ titillationis interitu ꝓderit. Nã nec huic malo alia eſt adhibenda medicina q̃ ipſa myrtea virga De Radice

Plynius.

Plynius.

 

Ieſſes:quæ inguinũ tumori medetur Obuiam itaqȝ ouanti duo illi cõſules prodiere:chariſſimus etiã filius p̄tor deſignatus futurus iudex viuoꝝ & mortuorũ.qui oẽs poſt ſacratiſſimos cõplexus & oſcula tenerrimę adoleſcẽtulæ virtutẽ mirati eam paulo le inferiorem ſedere iuſſerũt.Tranſeo:populi plębiſqȝ cęleſtis inmenſam lętitiam & cantus ſalutationes & omnium ſine liuore congratulationes.tunc ad eam omnium pater faſſus eſt hęc Euge fortiſſima imperatrix quã neminem reb9 geſtis in meo futurorum ſpeculo video ſuperare. Qua nemo difficilius iter adgreſſ9:Null9 mortalis ita ſtrenue iter quodq̃ exegit. Quiſqs ideoqȝ piam geſtorum tuorum memoriam recoluerit Age fare te media quę iuſta petierit adſequet̃. Ipſa vero ſub hæc verba quum ſtaret:porato iam: ſedem(cui nulla ęqua)ſortita eſt.ſupra illam namqȝ ſolũ dei tribunal ſub ipſa cętera cuncta perſiſtunt. ſoluta vero concione a miniſtris ſtrata incredibili gloria chatedra ſedit:ęternũqȝ ſedebit.

IMAGO VIRGINEAE SEDIS.

HAec habui de virginis Ouatione:quę dicerā factu=
rus finē:niſi viderentur mihi nunc vobis exponen
Daniel Siſo — da q̄ Valentię in nouo gymnaſio Daniel Siſo narra
bat.locus eſt ī primo ſcholarū aditu:q facile pluuia
& frequēti puluere fit cęnoſus:eū quū paululū ſupaueris : altas
obſēdes ſchalas.q̄s adſcēdēs ornata cubicſa viſes:aulaſq; ī qb⁹
docet̄:patiſſimū qppe optis īſtitutorib⁹(vti ſpero)venturis locū
Atriū eſt ſępe ſub obſcurū.at porticus nō inamenę. lapis ingēs
ad quē interpolę plęriq; ſi quid noui habēt cōfluūt. In illo quū
ſeſe Daniel reclinaſſet:ad eū Michael Arignus & Parthenius
Touar poeta adceſſerūt venerat eñ paulo antea e Sagunto:
ego qui tū erā admodū adoleſcēs Partheniū adſectabar. Scis tu
Chriſtofore & tu Viues:q̄ ſit vir īgenuus grauis & facūdus poe
ta:is quū multa de Polluce & Caſtore oia ſingulari quadā plane
Romana eloquētia diſſeruiſſet:ad in primis vti eſſent plęrūque
bellis Romanorū & gręcorū viſi interfuiſſe: citabatq; Titū Li
uiū Trogū & Plutarchū veriſſimos hiſtoricos. vt fidē nō dū cre
dētibus faceret.dęmonū (inquit Daniel)pręſtigię illę erant.nec
credendum ſane cupiā Caſtorē & Pollucē apud inferos ſibi non
ſubficiētes:ſeſe cruciātes:generis humani & ſuū quidē interitū
exoptates ſuppetias aut gręcis aut Romanis veniſſe: Atq ego
verius nr̄m Caſtorē noſtrūq; pollucē Chriſtū nr̄m atq; parētē
in hoc perenni bello nobis vel maxima ſubſidia pręſtare:ne rua=
mus cenſeo.Quis eñ ni darēt ipſi manus ante Sathanā vale=
Ioannes apſus — ret ſubſiſtere. Illę duę ſunt oliuę & duo candelebra( quę Ioan=
nes apoſtolus vidit)in cōſpecctu domini terrę ſtantes. Duę pro
fecto oliuę cuius oleū ſtomachū cōſciētię male digerētis mollit

ſoluitq; ventrem:& emitttuntur feces. Hinc clariores cũ exteriores tum interiores oculos reddit:malę febri mũdi huius q̃plurimũ prodeſt. Infirmatur quis in vobis(conſulit Iacobus)inducat pręſbiteros eccleſię:& orēt ſuper eum vngentes eũ oleo in nomine domini. Hęc duo candelabra inextinguibili luce noctu & interdiu ſemitas Imo Regias vias veritatis: quo ab vnoquoq; perſpiciãtur illuminant. Radius quidam eſt illius perennis ſplendoris ea:quam Syntereſim vocamus. Legite precor. cum Attilij vita Iudę viri fortiſſimi geſta duobus libris inter ſacra narrata. Ibi pugnaturo cum dei hoſtibus Iuda Machabęo confitentem & ſe percutientem intelligo(vtar enim Hieronymi interpraetatione)Hieremias & Onias per quietem aparuerunt. Filius certe altiſſimi & mater illius quorum alter Onias videlicet id eſt mœrẽs domino vir bonus/benignus/verecũd9 viſu/modeſtus moribus/eloquio decorus/qui a puero virtutibus eſt exercitatus. tale eſt honeſtę virginis ingeniũ. Si quã vidiſtis. Nãq; fuit inuetu perq̃ rarę:duplices ad deũ tẽdit palmas (expectabas vt ad ſydera dicerem. Atqui eſt ſupra ſydera cuncta)et pro populo ſancto ſemp orat. Hęc filiũ cõplexa ſacratiſſimos ſuſceptos labores:profuturos nobis per immenſam maieſtatem obteſtatur: et obſecrat. Nec credatis adcepiſſe vnq̃ parentem a filio repulſam. At vero ſublimitas domini. Hieremias:ſplendor glorię & figura ſubſtantiæ eius. per quem fecit & ſęcula. Per quem & in quo eſt deo patri vniuerſorum ſublimitas honor:& gloria. Iudę aureum gladium qui fortiſſimo cuique reſiſtit tradit dicens. adcipe ſanctũ gladiũ munus a deo in quo

Iacobus apoſto.

Libri Machabęorũ

Hierony.

Deijcies aduerſarios popl̄i mei iſrael. Gladius hic ſpiritus(qđ eſt verbum dei)viuus et efficax penetrabilior omni Rhōphea bicipiti & pertingens vſq͂ ad diuiſionem animæ ac ſpiritus cō= paginis quoq͂ ac medularum: & diſcretor cogitationum & volū tatum. omnia adgreditur. Nihil exterorum timet. omnia ſperat omnia vincit. Hinc quęcūq͂ nobis erūt agēda in verbo domini

Vergili⁹. perfici pręcipi tur Cacodęmones(Pia mens hæc ni faciat) ma= ria ac teras cœlūq͂ profundū. Quippe ferant rapidi ſecum ver tantq͂ per auras. Verſus ſi calumniaris Partheni deliteſcam i authoritate. Vtpote qui ſunt ęnęadis vergilianę. Hęc vir bon⁹ il lę & grauis theologus pietiſſimo quodā geſtu ac vultu ꝓferebat ℭ Iam inquit Gaſpar lax (vt eſt vrbanus) tuas fabellas Viues audiamus: erūt ex vergilio? An ex Ouidio? An forte ex Vallerio flacco? Nam gręcorum hiſtorias (vbi vix eſt delect⁹)taceo. quin poti⁹(inquā)ex Apuleio affectatiſſimis & rācidis verbis depi= ctas quas ſi narrare icępero cognoſcetis homini illi bonā mate riāquam ſcriberet defuiſſe. Verum haud ſcio quæ ſit chriſtiano viro diſputatio dignior ea: qua de ſaluatore de Dn̄o de deo nr̄o Crhiſto Ieſu: deq͂ ſuauiſſima Virgine & matre quoꝝ memoria renouat triumphos noſtros agim⁹. tractet obſcenas res & quas ſola verecūdia debuit obliteraſſe qliſbet. intēdat carminis & elo quentiæ neruos: Dum cęleſtiſſimos quoſq͂ cetęrum opulentos laudat & luctatur cum laruis: Tēpus enim quo a veritate aures

Paulus apl̄s. auertēt: & ad fabulas conuertentur quis adpetere nequaq̄ pro= ſpicit. Qui nocet ideoq͂ noceat adhuc & q in ſordib⁹ ē ſordeſcat

Ioannes apl̄s. adhuc At noſtrę tempeſtatis principes vtinā eos pręceptores admitterent: qui Chriſti & dei paræ triūphos imitandos cuiq͂

Hos tibi velůt albũ ſagiptariorũ i omnibus negotijs pręſtituę in quo ſi ſpiculũ fixeris in delebilem gloriã ſine cõtrouerſatiõe nanciſcere: & vt cõpẽdio Socratico more concludam: ſic arctius perſtringam. Longe clarior eſt triumphus: Frequentior de virtute ſermo: quum pugnaciſſimum hoſtem & munitum armis qs deuicit: q̃ quũ inermẽ quẽdã & effęminatũ. Vt de triũphato Romano vł Partho milite maior gł̃ia q̃ de Aſianis & Perſis voluptuoſis effęminatis ſeruire ſolitis: aut thuriferis mollibuſq; Sabęis. qui vero adfectus & renaſcenteis curas qui mũdi fallaciſſimum florem: qui dęmonicas artes & caliditates cui quę cõparetur poteſtas non eſt ſuper terram ſubigit lõge validiorem hoſtẽ eo cędit cui ratio eſt cum terra quę nunq̃ imperiũ recuſat vtar verbo Catonis cum hominũ corporib⁹ quę morſus muſcularum necãt. Glorioſior ergo triũphus: honor: pompa ex illis q̃ iſtis ſubactis: Adde (q͛ omniũ maximũ eſt) Nã hic triũphus tres durat ad ſummũ dies momentaneũ plane quoddã & ſi quid eſt minus. Cęteꝝ ille in perpetuas ęternitates. Hęc & ſimilia ſi vos principib⁹ recitare veremini Palpões. Nõ veremini dolos et tam animorum q̃ corporum corruptelas: Sinite ſaltem vbi rebus venereis & perditis eſſent obcupandi. hęc legant hęc a vobis expoſita intelligant. Bonos aũt præceptores (quũ inſtigatricẽ habeant cõſcietiã: & dei zelum) ſubmonuiſſe nõ oportet. Quippe qui his magno diuini amoris feruore procerũ aures fere obtundũt & hęc inſtanter exhibent legenda.

Cicero
Cato.

Oblatio operis Chriſto & Marię

# Virginis dei parentis Ouatio.

TE igitur chriſte noſter Optime Maxime. Te virgo virgnum & mater matrũ in primis precor. vt opus hoc laudum veſtrarum quod pia mente obſerimus hylari fronte recipiatis. Luſimꝰ id quidẽ pauculis & ſubciſiuis quibuſdam temporibꝰ in quo vel bonis horis eſſe debebamus obcupati ſatis tũ mihi dediſſe videbimini: ſi ſeper nos ad huiuſmodi excogitanda/muſſitãda ſcribenda/ciueritis: quorum omniũ mercede nil aliud vos cęloꝝ numina (quę mũdi cõpages quatitis quũ vultis) poſcimꝰ: niſi q̃ hic per ſpeculũ in ænigmate, videmus cernamus his oculis facie ad faciẽ ꝑpetuo: cognoſcamꝰ ſicuti cogniti ſumus & his manibus quodammodo adtrectemus Amẽ.

Marianæ Ouationis Finis.

## Chriſti Clypei deſcriptio

CLauſeram iam Ouationis Marianę ſermonẽ: decreuerãq; nihil hoc tẽpe nec illi nec ipſi Chriſtiano triũpho adijcere. Sed quum ſederet in animo magna depictionis Scuti Ieſu optatio viderã. n. in VERGILIO atq; HOMERO quiddã ſimile: conſtitui (vbi nullus erat de re ipa loquutus) Chriſtianũ Scutum. vt ſubpetet Paracletus deſcribere: Introeunti primũ imparatori noſtro militiã Clypeus quidã ſimplici cõfectus corio datus eſt: i eius pte poſteriore omnis priſcorũ patrũ progenies. quibus omnia in figuris contingebãt. illic geſta virorum fortium. illic ꝓphetarum et ſanctorũ hoĩm facta & dicta. illic cœli terrarũq; ſemina & ordo. maximus vti domini ſpiritus chaos illud primũ perambulans adtigenſq; a fine vſq; ad finem fortiter ſuauiterq; omnia

Vergilius
Homerus

diſponebat.homo deinde ad ſimilitudinem dei erectus cui da=
ta eſt religiōis cognitio cui os ſublime cęlūq; tueri cui ſoli data
mens & ratio quum cętera animalia huiuſcemodi ſint experti.
Tū viro ſocia fęmina ex eodē genere data ne ſol⁹ viueret ſancti
quoq; concubitus & dulces:poſt quos ſpiritu virum intellexiſſe
Eccleſie maritū fore Chriſtū Ieſū.Cōſpicit tum hoīm angelorū
q; princeps delictum exutoſq; candidiſſimis veſtib⁹ vnde tanq̃
equodam fonte perhenni alia cuncto ſcelera dimanabāt. Huic
malo,proximos cōcubitus nefandiſſimos & vetitos quib⁹hoīm
pecudū pictarū volucrū ferarū genus omne demptiſ pauciſſimis
vniuerſis inundatio deleret:ignorantiā poſtea religionis & op
timi dei qđ idiomatum varietas ſequebat̃. Tum fidelē adſpicit
Abraamū ex cuius ſemine corium clypei factum erat decimas
piētiſſima q̃dā mente melchiſedech obferēti hinc deſyderatū
Iſaacum gaudente domo naſcentem & oblatā omniū patri ho=
ſtiam.nec hęſitantē futurū caput multarū gentiū aliquid vtilius
mentē diuinā molliri conſtantiq; animo ac firmo ſemen in quo
ſaluas fieri multas gentes ,pmiſſum erat conſumere ,pperantē
filiū iuxta videt adoleſcentulū ętate donato iam ſenū ſapientia
parentē ne quoq̃ modo ſacrificiū detrectet hortantem eſſe nāq̃
ſenſum domini hominibus incognoſcibilē & vias illius imper=
ſcrutabiles his vti dictis cruciat filius patrē pręter opinionem
quippe quū videat ſapientiſſimā ,plem a ſe auferri.Tum Iaco=
bi electionē & Eſau reprobationē.His adſociatos viros duode
cim electa capita mľtarū gentiū Chariſſimeq; Rachaelis filium
ægyptijs negociatoribus venditū illicq; clariſſimo loco honeſta

tum. eius cognitionem a fratribus triticũ petẽtibus habitam deſcenſum quoq; Iacobi cũ filijs & vxoribus propter filium in ęgyptũ. illic ſenex in lętiſſimo congreſſu q̃ plurimũ lachrymat̃ vt pote qui ad inferos cũ luctu & męrore canes ſuos deſcenſuros quñ arbitraret̃ ingẽti & quiete & lętitia ituros augurat̃ pau lopoſt ęducatus in regia Moſes ab eo qui eſt dux eligitur popu li ſui quo per mare rubrum ſicco pede tranſuecto currus cum ex ercitu Pharaonis turbine obruit aquarũ hinc Ioſues Moſi ſub ceſſio videbat. Tũ fata fortunęq; virũ moreſq; manuſq;. illic electus Dauidus ſc͞dm cor dñi illic & ſignata Hieroſolima ciuitas magni regis vbi regnaret ꝓmiſſumq; vti Hieruſalẽ Dauidi domus cunctis dominabit annis & nati natorũ & qui naſcent̃ ab illis. Tum fortiſſimos conſpicit reges ac populos et ſimul heroum laudes & facta parẽtis iam legere & quę ſit voluit cognoſcere virtus. Deniq; romanorũ amicos fortiſſimos. Machabęos ne vetitos ęderent cibos crudeliſſime conciſos. Hęc oĩa iã olim eo facta fuerũt vt in corio illo deſcriberẽtur & complerent̃. At priorẽ Clypei partẽ vertit ea nãq; erat quę ictibus & toto conflictui erat obijciẽda hic genus antiquũ Chriſti pulcherrima ꝓles Magnanimi heroes nati melioribus annis hic illi a vetuſſima ęternitate pręſciti hic oẽs niueas induti veſtes nõnulli purpuriſatas. Hic Petrus qui caput aliorũ electus fuit pro fide inſtanter clamabat nihil arduũ nihil difficile q͞d eſſet pro chriſto ſuſcipiendũ iudicans. inde grauiſſimus Paulus aſſiduo cũ gẽtibus pugnabat. Hinc Petrum Paulũq; de vetitis cibis certãtes conſpicit. tum hoſtem eccleſię Herodem Iacobũ Zebedeũ quo

plenius viueret necantē. Tum Romanū dictatorē Senatū popu
lū. Plębē Romanā orbis terrę domitores arma cōtra imbelles
diſcipulos cientes: nec pręualentes. Hinc duorum luminariū
corpa extincta. Poſtea ad extremos garamantas & indos ad
vltimā Thylen peregrinationes. Poſtea vti Diocletianus Chri
ſtianū nomē volens delere eo quo & Chriſtus paſſus eſt die oīa
quę ſub Romana ditione erant templa deſtrui fecit & interfici
Chriſtianos pene inumeros. Hinc a bellis exteroꝝ atqꝫ itrīſecis
ad intrinſecas obpugnationes ſeſe couertit quę multo validius
illis poſtes eccleſię confregerūt. hic Arriū adtollentem ſe Ale-
xadrię ipręſulē Alexandrum intuei & dei filium patre minorē
creatumqꝫ ac incępiſſe qnqꝫ eſſe p compita/p vias/p templa/p
ſcholas/p ganeas/p tabernas/p phano vulgo ſuadentē. Tum &
Nycenā coronā prēclariſſimā: & gratū conceſum videt vbi diale
cticos. eximios philoſophos viros omni ſapiētia mūdi prēditos
indoctiſſimi quiqꝫ ceteꝝ ſancti & diuini homines deijciunt hic
magnꝰ Athanaſiꝰ manifeſtius quid credēdū ſit reddit Chriſti-
colis hic Euſebiꝰ & Theognius facilitatē exorabilitatēqꝫ ſan-
ctiſſimę cōcionis expti habita de pęnitētia mentiōe ingremiū
matris recoepti ſunt Poſtea Neſtorius ac ſi ab homine homine
ſe iungere vellet aut ab equo equm ſic a chriſto deū auferebat
Heu q̄ flebat acriter hęc ſingula reputans quantū impendere
videbat excidium ſuę genti quā multos a mēſa ſua chariſſimos
tunc filios auelli. ſubijciqꝫ crudeliſſimi Tyranni iugo. fieri deni
que perpetuos ſibi inimicos q̄ ſeſe ad patris genua adſiduus
deuoluebat ne nauicula hęc quę iactabaī fluctibꝰ ſubmergeret

Ego(inquit)Rogaui ꝑ te Petre vt nō deficiat fides tua ſed hoc leue aliquātulū erat q̄ illđ graue vulnus Mahumeticū & acerba peſtis humano generi. Verū ad lętiora oculos vertit. hic mūdi dn̄am Romā ſui vicarij pedib⁹ ſubditam q̄placidiſſime adſpicit hic ſe add orantem alūnam terraꝝ Italiam hic ſe fortiſſimam Hiſpaniam hic ſe nobilem & amœnam Galliam hic ſe robuſtā Germaniā. Hic gentes alias ad veri dei cognitionē ducere has nitentes & ꝓficientes. Hic infidum & pertinacē iudęū ſubplicē babtiſma petere videt. hic librum quo ſacra legunť quę ad lęuā ſunt & ad dextrā collegiſſe. hic fieri ouile vnū & vnum paſtorē. hic venturū ſe in immenſa maieſtate viuentes & mortuos vni-uerſos iudicaturꝫ vbi & erunt conſcientiarum oīm libri aperti: & notū ſingulis fiet q̄ quiſq; vel bene vixerit vel male. ipſe ſuꝑ Cherubinū ſedēs ſenatorib⁹ terrę comitat⁹ cū bonis bene agi- cum malis vero male iubebit. Tū deniq; fœlices electos i ęt̄na beatitudine dei viſione cui omnia inſunt fruentes vbi ęuum du cūt nunq̄ terminum adcepturum illic nihil moleſtię nihil iuidię nihil tedij aut irę nihil aut belli aut laboris oīa huiuſcemodi vita contenta ſunt omnia in quiete oia in pace oia in perfecto gaudio atq; lętitia ſeculū agunt ſempiternum.

Pia Io. Lodouici Viuis opuſcula Chriſti Ieſu Triū phus & Marię dei pētis Ouatio cui Chriſti Clypei de ſcriptio adiecta eſt finiuntur Parrhiſijs impreſſa. Expē ſis honeſti Bibliopolę Ioannis Lamberti mēſe Iunio.